

JURISPRUDENTIA
CANONICO
CIVILIS,
SEU
JUS CANONICUM
UNIVERSUM,
JUXTA
V. LIBROS DECRETALIUM,

Novâ & facili Methodo explanatum,

S. CONGREGATIONUM DECRETIS, S. ROTE ROMANÆ
Decisionibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus roboratum, nec non am-
plissimâ totius Juris Civilis peritiâ, pro Theoria & Praxi locupletatum, in gratiam
eorum, qui in Scholis & Tribunalibus, tum Ecclesiasticis tum Sæcularibus, versantur,
aut studio Juris utriusque delectantur, Juris publici factum;

IN TRES TOMOS DISTINCTUM
ET QUATUOR VOLUMINIBUS DISTRIBUTUM.

NOVA, ETQUE TERTIA, EDITIO, IN TRES TOMOS DIVISA,
inferis suo loco Supplementis quæ in anteriori Editione Tomum Quartum constituiebant.

*Unâ cum triplici Indice; quorum prior, singulis Tomis præfixus, Seriem
& Repertorium Titulorum Juris Canonici ibidem explicatorum exhibet; Alter, veris finem Tertii
Tomi occurrens, Ordinem & Sedem omnium Titulorum ex quibus Digesta constant, enarrat;
Postremus denique, Rerum & Verborum in Universo Opere comprehensorum periochen sistit.*

AUTHORE


P. FRANCISCO SCHMIER,

ORD. S. BENEDICTI, EX LIBERO-IMPERIALI-EXEMPTO

Monasterio Ottoburano, Juris Utriusque Doctore, Almæ & Archi-Episcopalis Universitatis
Salisburgensîs Rectore Magnifico, & Facultatis Juridicæ, nec non SS. Canonum Professore Emerito,
Celsissimi ac Reverendissimi Archi-Episcopi & S. R. I. Principis Salisburgensîs &c. &c.
Consiliario Intimo, ad S. Joannem in Veldkirch Priore, Notario Publico Apostolico,
in Archiyo Curie Romanæ Immatriculato.

TOMUS PRIMUS.

Complectens Librum Primum Decretalium.



AVENIONE,

Sumptibus PETRI LOMBARDO.

M. DCC. XXXVIII.

JURISPRUDENTIA
CANONICO-
CIVILIS,
SEU
JUS CANONICUM
UNIVERSUM.

M. DCC. XXXVIII.





BIBLIOPOLÆ LECTORI

in hanc Novam Editionem.



OPUS istud neque prolixâ neque operosâ eget commendatione. Satis probant ejus præstantiam geminæ intrâ paucos annos Editiones, atque avida Virorum Doctorum tertiam hanc esflagitantium expectatio. Opportunum magis erit ut moncamus nos nihil eorum prætermisissè quibus benevolentiam tuam captare anniteremur. Antea quidem in quatuor Tomos divisa erat hæc universi Juris Canonici Expositio; sed quartus unice constabat ex supplementis non sine defatigatione legentium ad sua loca adaptandis: Nos verò ea singulis Capitibus ad quæ pertinent inseri curavimus, atque ita jam unâ continuâque serie singuli Tractatus poterunt perfolvi. Cùm autem sic nimiam in molem excrevisset Tomus Secundus, binis Titulis illum decoravimus, quorum prior Secundo, posterior Tertio Decretalium Libro præfixus est; quo fiet ut in duo Volumina compingi queat à Bibliopegis, ad eorum commoditatem quos ponderosiora lassant Volumina. Denique dispersos hæctenus quatuor Rerum & Verborum Indices in unum conflavimus, non sine Lectoris commodo, qui sic breviori viâ quod quæret investigabit. Vale, Benigne Lector, & nostris conatibus fave.



TRACTATUS PRÆAMBULUS

DE

JURISPRUDENTIA
CANONICO-CIVILI.

NULLA in orbe literario Facultas est, quæ, priusquam ad arcanos recessus & intima penetralia concedat accessum, in vestibulo suos aut cultores aut alumnos paulisper non detineat, ut, tanquam hospites & peregrini, præambulo quòdam discursu de natura, indole, & prærogativis illius Facultatis edoceantur. Quem morem Jurisprudentia mea Canonico-Civilis ad modum & mentem Jacobi Cæsi in *l. facturus 1. ff. de O. J.* imitata, Lectores suos, antequàm ad intimiora penetrent adita, parumper in limine detinet, quatenus illius habitum, genium, & dotes addiscant. Sit igitur



CAPUT I.

De Natura Jurisprudentiæ Canonico-Civiliæ.

Jurisprudentia neque tam singularis est, ut in quibusdam prædicatis cum aliis habitibus non communicet; neque tam vulgaris est, ut speciales sibi titulos non vendicat. Itaque naturam Jurisprudentiæ rimaturi, tam ea, quæ communia, quam illa, quæ sibi propria facit, discutiemus.

SECTIO I.

De Jurisprudentia in genere.

SUMMARIA.

1. & 2. Descriptio Jurisprudentiæ quoad vocem & rem. 3. & seqq. Docetur, & demonstratur, Jurisprudentiam esse scientiam. 8. & 9. Afferuntur, & probantur, Jurisprudentiam rectè compelliari artem. 10. & seqq. Concluditur, & ostenditur, Jurisprudentiam neque intelligentiam neque sapientiam esse. 13. Jurisprudentia est practica. 14. Est una & completa scientia. 15. Est nulli alteri subalternata. 16. Est naturalis habitus. 17. Describitur Jurisprudentia Naturalis. 18. Describitur Positiva. 19. Divina. 20. Et Humana. 21. & seqq. Doctrina de concursu Jurisprudentiæ Naturalis, & Positivæ declaratur. 24. & seqq. Exponitur Jus.
- P. Schmier Jurispr. Canonico-Civil, Tom. I.

Jurisprudentia Theoretica & Practica, 28. & seqq. Referuntur, & refutantur alia species.

§. I.

Quid sit Jurisprudentia?

Jurisprudentiam esse vocabulum, compositum ex *Jure & prudentia*, constat ex nomine. Et quia Jus quoad præsentem acceptionem nihil aliud est, quam Lex aut regula justæ operationis; prudentia verò est habitus cum recta ratione activus; consequitur, Jurisprudentiam esse habitum, in id intentum, ut cum recta ratione juxta Leges & regulas justæ operationis actiones hominum dirigantur.

Ut tamen generica Jurisprudentiæ natura penitus intelligatur, lubet inquirere I. utrum sit Scientia? Ubi sine scrupulo

re. affirmative. Ita cum nostris Clarissimis Salisburgensibus, D. Joanne Balthasaro Braun in *Jurisprud. in genere & in specie cap. 1. §. 3. n. 10.* D. Josepho Bernardo Gleisle in *Jurisprud. fundament. lib. 1. tit. 1. cap. 1. §. 10. n. 24.* D. Ernesto Frederico a Somering ad *lib. 1. Instit. tit. 1. p. 2. §. 3. num. 19.* D. Josepho Bonaventura Franz ad *dat. 1. Inst. de J. in J. p. 1. §. 2. n. 6.* docuit P. Gibalinus *Scientia Canon. lib. 1. cap. 2. quæst. 2. n. 4.* Ratio est: quia Jurisprudentia, quoad omnes species considerata, format cognitionem rei certam & evidentem per causam, formandò demonstrationes de objecto suo undequaque perfectas. Sic enim Jurisprudentia Naturalis iam præcepta affirmativa v. g. DEUM esse colendum, parentes honorandos, fidei servandam &c. quàm negativa, v. g. furtum, adulterium, homicidium &c. non esse committendum, perfectè demonstrat ex illo principio immutabili: *bonum faciendum, malum fugiendum est.* Sic Jurisprudentia Canonica ex illo inconcusso principio, quodd Summus Pontifex habeat Jurisdictionem spiritualem

A tualem